uitae patrum bene operata intrare meruit et ad primae patrum
bene curando peruenimus. Neque enim semper nos regulis
necesse est bonae operationis aptari. Sed completa
operatione bona perpetuam beatae retributionis
sperandae. Quia nec semper uasa in formis argillae tene
bantur. Inclusa uerum ubi ad perfectionem superuene
rant. fractis formarum claustris producebantur
in lucem. et in templo domini prout usus quaeque locis dispo
nebantur. Hoc autem dicimus non quod opera sanctorum
umquam sint interitura. sed quia ubi coronam
iustitiae quam bene operando meruerunt acce
perint. laboriosae operationis cuncta iam cessent offi
cia. Quis enim in illa ciuitate fidei Christi martyrium pa
ciatur. ubi expulsis aduersariis omnes electi in
praesentia Christi laetentur. Quis ibi mortuum sepeliat
ubi sola uiuentium terra est. Quis lugentem conso le
tur. ubi abstergit deus omnem lacrimam ab oculis
sanctorum. Quis ibi domum peregrino et hospiti aperiat.
Ubi omnes simul electi habitatione ex deo habent
domum non manufactam aeternam in caelis.
Quis mihi illic panem esurienti potum uel adferat
sitienti. ubi dominus pascit me. et nihil mihi deerit. Dir
uptis ergo formis uasorum quondam necessariis
uasa ipsa in domo domini splendida iam refulgent.
Quia cessantibus in fine saeculi non solum persecutionibus
quas propter iustitiam patiuntur. Uerum etiam